



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXXII. Iteramnen. detractionum. An trebellianica prohiberi possit filiis
primi gradus; Et quatenùs adsit potestas, quando adesse censeatur
voluntas, quod scilicet prohiberi voluerit; Et quid ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

ad fidicommisum faciat in alienatione facta per gravatum quoniam ea operativa est ad reddendum emptorem tutum, & ne facto casu fidicommisum molestarī valeat à consentiente; sed non tollit gravati alienantis obligationem restituendi acceptum pretium, ut advertitur *disc. praecedenti*, & d. *in de fidicomm. disc. 176.* Iustumque dicebam esse causum, id est benē simul, quod hæres alienantibus habeatur pro consentiente, ac approbante factum auctoris respectu tertii, & tamen quod pertat restitucionem pretii, ideoque conclusio vera, sed male applicata, ac propter eā quæstio reducebatur ad voluntatem testatoris, an id voluerit.

Demum quod tertium punctum respicientem ordinem, ille duas habebat partes; Unam super invaliditatem adjudicationis, quam hæres gravatus sibi ipsi per judicem fieri curaverat, ad effectum, ut ea tanquam invalida, ac habenda pro infesta, non faceret possessorum titulum singulari, minusque legitimam contradicorem, & haec consistebat potius in facto, quā in iure super non benē servato ordine in hujusmodi adjudicationibus necessario, uixit deducta in sua materia *sub tit. de hered. præl. disc. 22.* ubi habetur, an, & quando intret, ac valeat bonorum appropriatio, quam hæres gravatus sibi ipsi pro eius creditis, ac juribus faciat.

Altera vero erat inspectio, an admissi etiam nullitate dictæ adjudicationis, competenter pro dictis detractionibus retentio; Atque in hoc regula huic parti assisteret videbatur, quoniam, cum ageretur de detractionibus quantitatibus, non intrat praxis dan- di immisionem pro indiviso, sed impeditur immis- sio in totum ex ratione differentia, quod illæ pos- sum ab orbere totum, ut advertitur *supra disc. 25.*

Hoc tamen non obstante, processum fuit cum regula generali, de qua plurim *sub tit. de credito*, & in his terminis retentionis competenter hæc digra- *17 vatio in d. Eulgynaten. sub tit. de fidicommis. disc. 73.* ac etiam in *Eugubina*, & *Perusina eod. tit. de fidicommis. disc. 197.* & 198, ut scilicet retentio exigat pro eius necessario requisito debiti liquiditatem, quod pro illiquidis concedenda non sit; Veridum ut advertitur in supra allegatis *disc. 73. 197.* & 198. de fidicommis, nunquam intellectus acquisi- scere potuit huic generalitati, quæ (ut dici solet,) quamdam judaismi speciem redolere videtur, quoniam commendabilis quidem est iste rigor in casu suo, ubi scilicet aliquis cum virtio se intrudat in bonorum possessione vacanti, deindeque ad se confoundendum in spolio adversus antiquum posses- sorem, vel novum successorem, cui possessio debita est, cum incertis, & illiquidis prætensionibus se tueretur, atque more Fiscalium litigare manibus plenis. Secus autem ubi possessio bona fide, ac sine virtio obtenta sit juxta casus, de quibus in proximè allegatis *disc. 197. & 198. de fidicomm.* Multò ve- rò magis in isto casu, in quo non agebatur de pos- sessione bonorum vacantium de facto adepta post mortem possessoris, sed de illo, qui continuabat antiquam possessionem, atque detractiones erant in substantia certæ, & liquidæ, solùmque illiquidis deducebatur ex fructibus lite pendente percep- tis, & restituendis, in quibus ramen erat major illiquiditas, quoniam incertum adhuc remanebat, an in hereditate aliquid remaneret ultra id, quod importabant bona cedentia sub detrac- *18* tionibus, dum illa imaginaria solutio, quam hæres etiam non servatis scravandis propria auctoritate si- bis faciat, quamvis non suffragetur ad perfectam, & uretabilem acquisitionem dominii; Suffragatur

Card. de Luca. P. III. de Legit.

tamen ad effectum faciendo suos fructus, ut in dicta sua materia *sub tit. de hered. præl. disc. 28.* Et consequenter videbatur magnus rigor, quoniam regulæ, seu conclusiones sunt veræ, sed in casibus suis, & quando earum ratio congruat; Adhuc tamen causa penderet.

INTERAMNEN. DETRACTIONUM

PRO
VALEARIO PANCRATIO
Responsum pro veritate.

Antrebellianica prohiberi possit filiis primi gradus; Et quatenus ad sit potestas, quando adesse censeatur voluntas, quod scilicet prohiberi voluerit; Et quid ubi agatur de testamento idiotæ, vel mulieris, in quo talis prohibitio continetur, an constare debet extrinsecus, quod ex voluntate te- statoris talis prohibitio adjecta sit, quod que alias presumatur adjecta de *stylo Notarii*.

SUMMARIUM.

- 1 *F*acti series.
- 2 *D*e questione, & opinionibus in questione an trebellianica prohibeatur filiis primi gra- dus.
- 3 *I*n Rota recepta est opinio affirmativa.
- 4 *Q*uod in epistola dubitatio, ac opinio tenentium ne- gavitur.
- 5 *A*nhæres ubi non detrahant trebellianicam, petat salarium.
- 6 *A*n prohibitio trebellianica censeatur apposita de *stylo Notarii*, ut non operetur.
- 7 *Q*uomodo procedendum sit in questione circa clau- sulam codicillarem, aliasque clausulas.
- 8 *Q*uando adesse dicatur voluntas conjecturalis pro-hibendi detractiones, & quales conjectura defi- darentur.

D I S C . XXXII.

Consultus ex parte Valerii, an in testame- to Martalici, in quo Andreas filius institu- tus gravabatur ad restituendum Angelum in- tegram hæreditatem, prohibita censeretur trebellianica, & quatenus voluntas ad esset, an substantialis esset defectus potestatis, dum age- batur de filio primi gradus; In Responso duplicem constituebā inspektionem, potestatis, & voluntatis. Quatenus ad primam pertinet; Respondi, quod licet apud antiquiores, magna, nimiumq; involuta fuerit ista quæstio, antrebellianica filiis primi gradus prohiberi valeat, ita scribentibus per classes inter se divisitis, ut aliqui moderniores, pro consueta leguleica ineptia insistentes in numero arithmeticō unā, vel alteram tenentium, & quānam esset magis com- munis, illam dixerint simplicitatem, quod esset quæstio cum Cæsarea decisione dirimenda, quasi quod temporibus nostris Cæsar esset ille idem, qui in antiquo Romano Imperio leges proferbatur in toto Orbe, ut patet ex iis, qua polt antiquiores cumulantur per *Amat. decis. March. II. Reden. cons. 76. latè Andr. contr. I. ubi pro otio quod cōceditur iis, qui in parvis Civitatibus vivūt, magno adhibito labore ad proba-*

O 3 dum

De LUCA
de
stantis
et lat.
GVI
S

DE LEGITIMA ET DETRACT.

dum negativam, concludit ex Franch. decis. 11. ut tenda sit ea opinio, que in Regione, ejusque Tribunalibus recepta sit; Ac etiam cum superfluitatis, que scholis, & academias congrua, foro autem incongrua sunt, se diffundit Redenach. dicto cons. 76. ubi plurimum locorum diversas refert consuetudines.

Verum in Rota, & Curia Romana, & consequenter in omnibus Tribunalibus subordinatis Status Ecclesiastici, ac etiam in Sac. Cons. Neapolitano, & consequenter in illius Regni Tribunalibus, ac ferè 3 ubique, ista quæstio hodie inutilis, penèque idealis remanere videtur, cum verior, magisque recepta sit affirmativa, ut apud Franch. d. decis. 11. ubi adder. alios cumulant, Ottobon. decis. 36 & 45. atq; tanquam absolutum supponitur in infra scriptis decisionibus, & auctoritatibus agentibus de voluntate, quando ista non sit clara, & expressa in verbis, sed conjecturaliter, vel argumentativè deducatur.

Et quidem scandalum quandoque mihi præbuit simplicitas antiquiorum, adeò firmiter in hoc defec. & potestatis immorantium ex dispositione juris antiqui Digestorum, majorque visa est simplicitas moderniorum eos inséquentium, non ponderando, quod antiqua consideratio procedebat, quando filius erat hæres necessarius, qui volens non poterat ab hereditate abstinere, quod magnum præferebat præjudicium, ob adhuc non inventum beneficium inventarii, per quod evitantur omnia mala, & pericula, que alias ex qualitate hereditaria resultabant; Sed postquam dicta necessitas sublata est, di- 6 tumque beneficium introductum fuit, non videatur, quo probabilis ratio hunc potestatis defectum suadere debet.

Solumque ubi agatur de fideicommisso puro, vel sub conditione breviter purificanda, adeo ut incommodum, quod hæres sentiat, compensatum non remaneat cum commido fructuum pendente restituitione percipiendorum; Tunc alias in facti contingencia cogitabam (quamvis adhuc occasio non præbuerit id in foro disputare, & practicare,) quod hæres gravatus per quamdam speciem salarii, quod statui solet administratori patrimonii positi sub concursu, vel tutori, scilicet curatori, petere potest à Judge, ut sibi quoque decernatur, cum hæres jure administratoris censensus veniat ex pluribus deducendis in sua materia sub tit. de hærede, ac etiam sub tit. de credito disc. 36. & 37.

Quo vero ad punctum voluntatis; Aut ista est expressa, & litteralis, & tunc cessant quæstiones, & argumenta ad vulgarem regulam textus in l. illo aut ille ff. de legat. 3. Solumque in facti contingencia in una Melphæten, consultus pro veritate ex Cæsaris de Judge institutus à Livia, remota collaterali, an prætendere posset detractionem falcidæ adversus legatarios, non obstante ejus prohibitione in testamento contenta, ex eo, quod ageretur de testamento mulieris ignorantis quid hæc prohibitus importaret, quodque proptere illa censeretur adjecta de stylo Notarii, & consequenter non operativa, nisi extrinsecus constet de testaticis voluntate, vel saltem quod à Notario certiorata fuisset juxta opinionem Bart., de qua ceteris relatis plenè Merlin. lib. 2. contro. 78. nro. 17. cum seqq. Altograd. cons. 80. nro. 12. cum seqq. lib. 1. cum aliis, de quibus in proposito dicta clausula codicillaris sub tit. de testamen. d. 58. & alibi, atque ita firmiter supponebatur quod per aliquos I. C. de partibus teneretur.

Contrarium tamen respondi probabilius mihi videri; Tum quia ex deductis d. disc. 58. de testam.

ac apud eosdem Merlin. & Altogr. magis communi, & recepta videtur contraria opinio Imole, quod Notarius ad id rogatus censeatur, ut tanquam peritus adjiciat omnes clausulas salutares, ac alias de consilio Sapientis apponi consuetas pro validitate, & majorfirmitate actus, atque ut ita eo melius, & plus gius adimplatur disponentis voluntas; Tum iam clarius ex facto, dum supponatur, quod testrix prole, ac proximis conjunctis desistitur, adhuc it operam cuiusdam Jurisconsulti, de cuius consulta est quodque habens in animo alium institere, à præfato remoto agnato rogata fuerit, ut non sufficiente, non autem alicujus emolumenti grati ipsum hæredem institueret, unde proprieta pro meo judicio casus erat planus.

Atque in hoc proposito, (ut aliqualiter infinitur disc. precedentis, ac habetur alibi plures,) in illa quæstione inter Bartol. & Imolam, Ego procedendo cum dilecta, & geniali proportione in omni materia frequenter inculcata, ut in quæstionibus voluntatis, istius substantia inquiri debeat ex facti qualitate, & circumstantiis, inter quas primum locum occupat verisimilitudo, vel respectivè faverisimilitudo non autem immorandum in formulis verborum, & clausularum, sive in regulis, & doctrinis generalibus Distinguere consuevi, quod Aut agitur de iis, quae consistunt in facto, ac verè pendent à disponenti animo, quo explicitè non declarato, præsumpti est, ut ille sit in contrarium, adeò ut quod insolita cautela, non autem de illo genere, quo sub Notarii formulario cadere solet; Putabam turde disponendo de bonis propriis ipsius hæredi ac de prohibendo né propria credita, & jura contra hæreditatem competenter detrahantur casum, de quo dicto discursu precedenti; Sive obligatur de renunciando effectu resultanti ex dispositione textus in l. si quoniam Cod. de revoc. donat. cum similibus; Et tunc probabilius recipienda veritatem Bartoli, magisque circumspectè procedendum sit in deferendo hujusmodi clausulis profacta qualitate; Aut verò agitur de iis, quae dependent subtilitate juris, atque disponenti sunt verisimilitudo ignota, ut sunt hujusmodi detractiones falcidæ, & trebellianica, ac etiam est necessitas adhibendi cum filiis, vel parentibus honorabilem titulum infinitonis, cum similibus, quibus non asservat, sed potest resistat naturalis voluntas disponentis, ut præsertim sunt hujusmodi detractiones, quoniam idiota tellitor eorum ignorans, naturaliter in animo habuit, & credidit recte sciens sua hæreditatis virces, quod legitata, & fideicommissa per eum relictæ, sumptum fortiri deberent effectum eo modo, quo prædisposuit, non cogitando ad hujusmodi defalcationes à juris civilis subtilitate resultantes, adeò ut fieri possit, verisimiliter prohibuisset; Et tunc secundum dictum sit, quod scilicet id est adhibetur Notarius, ut adjiciat ea, quæ ipse disponsis ignorat, possit attento magis communis, ac frequentiori usu, & consequenter quod opinio Imola potius omnino tenenda sit.

Frequenter autem fori quæstiones esse solent super altera inspectione voluntatis; Non dubitetur enim in hoc proposito ut sufficiat etiam tacita, seu implicita, & conjecturalis voluntas ex deductionis apud Coccin. decis. 253. Cavalier. decis. 5. Othobon. decis. 28. numer. 38. decis. 15. par. 2. rec. & in illa quotidie, cum theoria sit absoluta; Ideoque ea est quæstio facti, & voluntatis, an scilicet verba, vel conjectura ad id sufficiant, necnè Super hoc autem plures cadunt quæstiones, præsertim circa eam,

S V M M A R I V M .

- que resultat ex prohibitione alienationis; Et super
haec DD. distinguunt, an ea sit adjecta rei particula-
ri, vel omnibus bonis, sive an substitutio habeat tra-
sum successivum, pluresque continet gradus, qui-
bus omnibus facta sit, vel potius agatur de unico, &
simplici gradu, ex iis, que antiquioribus relatis ha-
bentur apud Menoch. lib. 4. præsumt. 198. num. 28.
& seq. Mantie. de conject. lib. 7. tit. 12. num. 20. &
seq. Perg. de fideicom. art. 3. num. 92. Theodor.
alleg. 61. n. 89. & seqq. Sive an testator adiicit ver-
bum tota, vel verbum integra, cum similibus admis-
ticulis, circa qua DD. rigorose procedere solent, ut
scilicet ea debent esse univoca, non autem equivoca,
quodque alium non habeant intellectum, aliam
que non faciente operationem, cum similibus Juri-
storum frigilitatibus, & generalitatibus.
- Verum semper mihi errorem visum est, ita ge-
neraliter, ac indefinitè procedere, quoniam cum i-
sta sit quæfacti, & voluntatis potius, quam ju-
ris, hinc procedendum venit cum dicta meliori re-
gula indagandi substantiam verisimilis voluntatis,
non quidem ex hujusmodi generalitatibus, sed ex
faci qualitate, ac singulorum casuum circumstan-
tiis, ex quibus, ut sapienter in omni ferè mate-
ria, præsertim sub. iit. de fideicom. frequenter con-
tingit, ut aliquæ conjectura in uno casu sufficient, in
altero autem, cædem, ac majores non; Ideoque pa-
rum probabilius visus est dictus rigor desiderandi ad-
minicula univoca, & concludentia tanquam in re
exorbitanti, & correctoria, quoniam natura ex su-
pra infinitu ratione, voluntati prohibendi potius
affluerit, ut dispositio plenum, & integrum
sortiatur effectum, prout ipse testator voluit, ac ex-
pliavit; Potissimum quia ob adinventum à jure novis-
fimo beneficium inventari cessa illa ratio, ob quam
jus antiquum ad allicendum hæredes, ut hæreditate
tem adirent, hæc emolumenta eis deferre voluit ita
compensando pericula, & prejudicia, quibus, ita se
supponebant, ideoque non datur regula certa, &
generalis, sed in singulis casibus pro eorum qualitate
decisio intrare debet.
-
- I M O L E N .
P R A E D I I .
P R O
F R A T R I B U S D E R O T A
C U M
F U S C H I N I S .
Casus varie decisus per Rotam.
- An trebellianica debita sit primo hæredi in-
stituto in usufructu, post cujus mortem
alter vocatus est; Vel potius debeatur
huic secundo, qui censeatur hæres ab ini-
tio; Et de imputatione fructuum in tre-
bellianicam, facienda per hæredem ex-
traneū; Et quatenus circa initia aditæ hæ-
reditatis, in causam trebellianicæ tunc
recte capientis bona alienata, alienatio in
ternum fiat, an ea retractetur ob subse-
quitam ejusdem trebellianicæ consum-
ptionem, vel imputationem cum fructi-
bus.
- 1 F Acti series.
2 F Resolutiones causa.
3 De questione, an instituto hærede in usufruc-
tu, post ejus mortem altero instituto, hic sit hæ-
res ab initio.
4 Ad regulandam concordiam attenduntur opinio-
nes, que de ejus tempore tenebantur.
5 Transactio, an, & quando afficiat venientes jure
proprio.
6 Hæres extraneus imputat fructus in trebellianicam.
7 Declaratur conclusio, de quanum.
8 Legatarius, vel hæres particularis non detrabiet tre-
bellianicam.
9 Termini imputationis sunt incongrui post jam fa-
ctam detractionem.
10 De primis alienationibus imputandis ad tex. in l.
Marcellus.
11 Quod transigens non cedat iura propria.
12 Quomodo dignoscatur cesso extinctiva à trans-
lativa.
13 Transactio non capie nisi deducatur in item.
14 Dozatio non præsumitur.
15 De inverisimiliudine excludente donationem.
16 Quando procedat doctrina Croti super validam a-
lienationem in causam trebellianicam.
17 De subrogatione pretii loco rei, vel e contra, & de
regressu fideicommissarii pro reintegratione ad
ren alienata.
18 De impugnationibus doctrinam Croti, de quan. 16.
19 Quid in hoc dixerit, velteneat Rota.
20 Quod dicta doctrina Croti non subsistat, & de
ratione.
21 Hæres alienando pro trebellianica obtinenda ex
fructibus, dicitur in dolo.
22 Fructus pertinent ad hæredem gravatum.
23 Ob inventariis beneficium detractiones non ita
competunt.
24 De distinctione inter filios, & extraneos circa im-
putationem.
25 Et de detractione duplicitis quarta quando protra-
dat.

D I S C . XXXIII.

Joseph, instituta Hippolyta uxore hærede usu-
fructuaria, post istius mortem, instituit Petru²
transversalem, cui sine filiis morienti, substituit
fratres de Rota; Cumque possessa hæreditate
per Hippolytam per annos tres circiter, ejus
mois sequuta esset; Hinc inter Fuschinios ejus hæ-
redes, & dictum Petrum ortæ fuerunt plures contro-
versiae super restitutione aliquorum mobilium, &
super detractione trebellianicæ, de qua Hippolyte
hæredes opponebant, unde devenit est ad con-
cordiam, per quam Petrus dictis hereditibus ex causa
trebellianicæ, prædium assignavit; Eodemque Pe-
tro post annos 24. circiter (in quibus hæreditatem
possedit) absque prole defuncto, ideoque facta es-
su substitutionis ad favorem fratrum de Rota, per
istos ad dictum prædium fideicommissarium vindici-
andum, ut pote male alienatum, contra Fuschinios
judicium institutum fuit; Et introducta causa in
Rota coram Albergato sub die 6. Iunii 1653 prodiit res-
olutio Fuschinis reis conventis favorabilis, super
transactio validitate, ad cuius decisionis nor-
mam expedita sententia, & commissa causa in Rota²
coram Emerix, diversa prodiit resolutio favore A-
ctorum pro dictæ sententiae confirmatione, ac trans-

De LUCA
de
stamentis
et cat.
GVI
S